

net faciem suam super uos. & miseretur uestri. conuertat uultum suum super uos. & det uobis pacem. Quod ipse prestare dignetur. qui uos de limo terre formauit. & precioso sanguine suo redemit. cuius potestas permanet in secula seculorum. Amen. Haec saltem Sec. XIII.

CCCXCVI.

R. 3172 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 177. f. per duas columnas litera atra, grandi pulcre perscriptus et minio distinctus aliud est *Dialogorum Gregorii* Exemplar praemisso IV. *Librorum Capitulari* ab hac Nota incipiente: *Dialogus cum mixto stilo compositus est*; id, quod de alternante *Gregorio* et *Petro* intelligendum puto. Lectio proba est; sunt tamen, quae differant. Ita pro superiore: *nec tamen se perdidisse meminerit*, habes et tamen, ita etiam *nauigauimus* pro *navigamus* &c. Ad calcem minio notatur: *Post hunc librum legitur ad collationem visiones clairuallensium*, unde Codicem a Coenobio *Novimontano* (vulgo *Neubergen*) Ord. Cist. ad nos delatum conjectura est. Quid vero nomine *Visionum Claraevallensium* veniat, adhuc quaero.

CCCXCVII.

R. 70 Codex membraneus lat. Sec. XII. Folior. 133. 8. probe scriptus, rubricis enotatus, et antea *monachorum congregationis sancte*

Justine deputatus in monasterio *sancti Seuerini et Sossii* de neapoli, ut habes p. 1. hunc titulum miniatum praefert: *Incipiunt capitula libri primi dialogorum Sancti gregorii pape urbis rome de miraculis patrum italicorum*. Initium Libri ipsius: *Quadam die nimis quorundam secularium tumultibus depressus* &c. Exemplum sat emendate scriptum quaedam tamen paullo aliter legit, quam Edita T. II. *Opp. Gregorii Paris. 1705. col. 149. f.* Ita in Prologo: *in amicitiiis astrictus pro amicitiiis obstrictus. Excoqui cordis merore pro languore. Ex condescensione multorum pro pro condescensione* &c. quae ibi inter variantes adnotata non sunt.

II. fol. 132. adhaerent Quae-
stiones liturgicae X. sequentes:
Quare a V. Feria usque ad sabbatum sanctum altaria sunt nuda? Quare in VI. Feria crucifixus est dominus? Quare non adoratur asina suae cetera talia quae dominus tetigit, ut crux? Quare in parasceue pax domini non datur? Quare in sabbato sancto officium celebratur in nocte? Quare clamante uoce sacerdotis ut descendat uirtus spiritus sancti in aquam deponuntur cerei? Quare III. dies sunt in unoquoque ieiunio? Quare in quarta et VI. et VII. Feria eadem ieiunia celebrantur? Cum IV. ieiunia IV. tempora anni recolunt, quare aguntur in primo mense et in quarto et in septimo et in decimo, cum principia IV. temporum non sint in his? Quare hi qui ad ordines accedunt consecrantur tantummodo in his IV. temporibus?

Responſa fat apta dantur, niſi quod in primo de *Johanne Ap.* dicatur: *qui perſeueravit cum domino usque ad crucem, et poſtea occulit ſe more furis.* In poſtremo citatur *ſanctus leo.*

CCCXCVIII.

U. 256 Codex chartaceus lat. Sec. partim XV. partim XIV. per duas columnas non una manu, probe tamen exaratus, et minio distinctus sequentia continet: I. *Incipit Liber dyalogi Sancti Gregorij pape.* Sunt omnes IV. Libri, prout extant edit. *Maur. Paris. T. II. 1705. col. 149. f.* praemisso tamen singulis *Libris Elencho Capitum*, quorum divisio ab Edit. non semel variat. Prologi initium: *Quadam die nimis quorundam secularium tumultibus depressus &c.* Lectio factis sincera. Ad calcem rubro: *Explicit liber quartus dialogorum felix 1455. Egidij per me Sigismundum de sterzing exaratus.* Civis hic *Tyrolensis* et sequens *Opuſculum nitide exaravit.*

Summula de summa Raymundi prodiit ista &c.

atque in hanc *Summulam*, non vero, ut credi posset, in magnam ipsius *Raymundi Summam*, per partes commentatur prolixè Noster, Praefationem suam ita auspiciatus: *Omnem scientiam et omnem doctrinam sacra scriptura transcendit &c.* Objacet mihi hoc *Commentum* typis editum per *Joh. Knoblauch*, itaque *Argentinae, 1518. 4. Summulae* titulo, parum a *Codice* prae-

II. fol. 68. *Regula beati Jeronimi presbiteri. Ordo viuendi deo eximij doctoris Jeronimi presbiteri ad Eustochium sacratissimam deo virginem quam bethlehem cum pluribus deo dicatis virginibus monasterio sub istius ordinis obseruancia conclusit.* *Compilatio indigna Hieronymo, et ab Vallarſio in T. XI. ad col. 433. rejecta incipit: Tepescens in membris proclium corpus &c. et finit C. 41. senectutem deuoti vestri Iheronimi sanctis vestris iuuate orationibus.* Adjecit *Miniator: 1455. Explicit Regula beati Jeronimi ad virgines in Bethlehem degentes.*

III. fol. 85. *Commentum, ut e calce praeoccupo, summe raymundi.* Videlicet *Pennafortii* illius *O. P. Compilatoris Lib. V. Decretalium Gregorii IX.* qui annum 1256. supremum habuit, et praeter *Compilationem* illam reliquit *Summam* dictam de *Poenitentia et Matrimonio* non semel typis vulgatam. Hanc porro in usum *Pau-perum metro complexus est Avou-mos* quidam cujus labor incipit:

fenti varians, neque magis nomen *Commentatoris* prodens. Tam de *Summula*, quam de ejus *Commento* tacetur in *Bibliotheca Ord.* ad *Raymundum T. I. p. 106.* Codex subnotatur: *Explicit per manus nycolay de costing pronunciatum prage Anno domini M^o CCCC^o 2^o in die sancti augustini doctoris circa horam XX^{am}.* Accedit *Monitum* sapiens:

Simo-